



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||
IESV, || HISTORiarVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI
IV. ||**

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Historiarvm Indicarvm Liber Qvintvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

HISTORIARVM INDICARVM

LIBER QVINTVS.



RECEPTA vrbe Goa, prouisiſſis
que ad inſulam retinendam ma-
me neceſſaria videbatur; Albuque-
cium, quippe qui ſpe & magni-
tudo animi plura in dies & maiora
ciperet, varia ſimul torquebat
cura. Cauendum erat in primis
tot vndique circumſuſe nationes, nimium
Chriſtianorum ſucceſſibus, ac tanta creſcente
medio molis metu cõpulſe, poſitis in teſtibus
amicitijs, contra comunem hoſtem arma
coniungerent. Occurrendum Zamorini, & Sa-
norum conſilijs artibusque, intento ſemper
mo in perniciem Chriſtiani nominis excubantibus.
Conſulendum præterea Luſitanis ad Socoto-
in agro malè pacato, inter inſida ſemper, & e-
incõlarum ingenia deſtitutis. Pungebat inſuper
nimium, iniuriæ Malaceniſis atrocitas, & por-
rium ſalus è Sequeriæ comitatu, qui à Mahomet-
nis admodum ſæua cõſtodia tenebantur; erant
nonnulli ex ijs de Albuquercio priuatim opor-
meriti. Iam, de Arabico freto obſidendo, ac
na, & Aegyptia tollenda navigatione, haud
erat ſolicitudo. ſed ante omnia, ingentis ſper-
virum Armuziani belli corrupta victoria, &
ſe tam opportune, ac munitæ arcis dolor angere
Cùm hæc igitur, & alia multa vndiq; in ſtatu
preſentia, contra Calecutanã fraudem, inſidi-

Malabaricum littus intentiore custodia, & maioribus copijs placuit obtineri. Porro ad aliarum gentium vim, & consilia præcauenda, ac partim conciliandos, partim exterrendos multitudinis animos, Albuquerqueius, orientalium Regum, aut populorum legatis, qui Goæ bis captæ fama vndique exciti, ad Prætores, vt sit, seu fictè, seu ex animo gratulandi causa conuenerant: ea gravitate simul & moderatione cum aures, tum responsa dedit, haud inepto artificio magnificæ cuiusdam ostentationis adhibito; vt incertum in omnium existimatione relinqueret, plus ne Lusitanæ iustitiæ fideique, an opibus ac maiestati iure tribuendum putarent. Adhæc, Iacobo Fernando Pacensi, quem vulgi sermone Beianum vocabant, cum nauibus tribus in Socotoram missis, arcem ab Acunia conditam, quando ea tanti non esset, deducto præsidio diruendam, & solo æquandam curauit. Reliqua erat deliberatio: è Malacéssi, Armuziana, & Arabica expeditionibus, quæ capesseret potissimum ac primum. Ea quoque dubitatio exempta recitibus è Lusitania litteris: quibus apertè iubebatur Albuquerqueius classe in Arabiam proficisci, & Adeni regulum aut voluntate, aut armis ad Emmauelem adiungere: id si minus processisset, tū idoneo quopiam loco arcem ædificare, quæ Mahometanis classibus omnino transitum intercluderet. Igitur nauibus viginti tribus celeriter instructis, & imposito milite (i) fuere Lusitani octingenti, sexcenti Malabares) mare rubrum, sicut imperatū erat ab Rege, petere intendit. Neque ita multum processerat; cum ab Occidente, & à Septentrionibus aduersi præter expectationem obstitere vèti. quibuscum aliquandiu frustra luctatus Albuquerqueius,

eius, ad extremum, ne cum aperto salutis dis-
 mine tempus & operā perderet: de minorum
 cum sententia, quod iisdem flatus in Orientem
 Meridiem erant secundi, ad vlciscendum Ma-
 dij scelus atq; perfidiā, & eripiēdos è seruituti-
 fitanos, retrò ad Malacā vela fieri iussit, & eos
 ferme quo Sequeria, cursu ad Somatram app-
 primū. Inde renouata cum Pedirensi, & Pae-
 regulis amicitia; dum ad Sincapuranum prope-
 tur fretum; aliquot barbarorum naues haud
 certamine expugnat. Qua in re illud vel in pro-
 accidit memorabile. Vehabatur quadam e-
 bus ijs Naodabeguea Malacensis, vnus ex
 numero, qui nuper in Sequeria exitium con-
 uerant. is in itinere oppressus ab Lusitanis, cu-
 gregiè dimicans aliquandiu restitisset; multi-
 mū confossus ictibus ita corruit; vt è patul-
 neribus nihil omnino cruoris manaret. Mox
 spoliandum corpus, vt primū detracta ei
 chio est aurea armilla; (mirum dictu) tamquam
 se confracto, ita sese cum anima vniuersus
 te sanguis effudit: cuius rei stupore defixi Lu-
 ni, cum de captiuis causam quæsiissent; cognos-
 inclusum esse in armilla os animalis cuiusda-
 nij (Cabim incolæ appellant) cuius, in sistend-
 guine virtus efficacissima sit. id ipsum os de-
 cum in Lusitaniā deuchēdum esset, vnā cum
 tiosis alijs rebus naufragio periit. Atque in
 modum barbarus ille concepti in Sequeria
 noris poenas acerba persoluit morte. quo
 quodam totius belli pro ludio latus Albo-
 eius, Malacā rectā contendit. Ad eum rum-
 Mamudius armatorum copias, & maximam
 mentorum vim, vulgata iam arte, summo
 con-

comparauerat, mediocris fere magnitudinis: vnū etiam ingentis habebat formæ, ab Zamorino per eos dies dono sibi transmissum. Versabatur eodē tempore Malacæ Panensum regulus, cui Mamudius filiam paulo ante desponderat: ædificata in vsum nuptiarum ambulatoria domo perampla, rotis triginta subditis, vt in ea elephantis iuncta, & aulæis ac peristromatis adornata, cum solenni tripudio cantibusq; comessabundi principes tota vrbe veherentur. Albuquerqueius ad Malacam anchoris iactis; primū omnium insitoribus & nauarchis variarum nationum, insolitæ classis metu perterritis, & parantibus fugam, circummissō nauigio metum omnem ademit: sese nullius in damnum iniuriamq; sed ad suorum salutem, qui Malacæ uincti per fraudem tenerentur, eō aduenisse. ij ni bona fide sibi à Mamudio restituantur; tum suum ius persecuturum armis: neque sibi esse in animo quenquam eodem illigare bello. spectatores duntaxat otiosos alieni periculi sese præberent; ac peracta demum re, virtuti Lusitanicæ testimonium apud suos quisque Reges ex fide tribuerent. Hoc officio ac denuntiatione conciliati Lusitanis fere omnium animi eō facilius, quod præter insignem inuidiam facinoris in Sequeriam admitti, priuatis etiam de causis erant infensi tyranno plerique. Postridie Mamudius, ab innata fallacia, per speciem amicitie ad Albuquerqueium mittit Bandonium quendam è proceribus, salutandi causa, & simul quærendi quas potissimum merces ex eo emporio cuperet: enixè curaturum Mamudium, vt Lusitani Regis, & procuratorum eius præcipuam ab se rationem habitam esse appareret. Ad ea Albuquerqueius; nullas in præsentia merces nomi-

nominatim expetere sese: captiuos tantum, quæ
 que per fraudem ablata Sequeræ sint, à Malu-
 si repositæ. vbi ea sine dolo malo receperit:
 de commercijs conditionibus, si ita videatur, pa-
 ros. Hoc accepto responso tyrannus, quod eo-
 pore aberat classis, in eius aduentum varijs
 bus rem differre decreuit, quò simul ab tergo
 à fronte, nihil tale suspicantes Lusitanos oppre-
 meret. ita, præteriti sceleris culpam in alios tra-
 ferendo, captiuos è custodia elapsos causando,
 lijsque super alia mendacijs de more eludendo,
 ter hæc, Albuquerqueium, fraudis haud ignarum
 ceptis cura agitare. nolle impunitam tyranni
 diam: nolle exacerbata rursus amentiam: nolle
 ex dilatione ac lenitate hosti fiducia crescere
 ex damno ac dolore, barbara immanitas in car-
 uos innoxios, carissima sibi capita, defæuitre
 sententia, præsertim id ipsum captiuum clam per-
 dicillos hortantibus; quoniam exoptulando
 nil proficeretur, malitia ac peruicaciam ferro
 niq̃ue subigere. Nec mora, ducentos fere militum
 matos, qui diuersis vrbis locis incendium exci-
 tauerat, Eo incendio, nam & ventus, & materia ipsa
 uabat, tecta oppidi & negotiatorum apotheca
 quot momento consumptæ, cumque porro vapor
 tur flama, consternati ciues, Mamudij opẽ frequen-
 tes implorant. ille metu maloq̃ue coactus, ex
 plò captiuos ad Prætoriam sistit incolumestran-
 tatẽ purgans; oransq̃ Albuquerqueium ignes pur-
 tur extingui; & secũ haud iniquis legibus pacis
 societatem instituit. Albuquerqueius ingenti lætiti-
 suos recepit, ex quotidiano mortis metu ac mis-
 rima seruitute, in pristina dignitatẽ ac libertate
 assertos: & in eorum gratiam, sæuientes flamas
 ab

ab incolis cohiberi permisit. dein, quod ad commercium & amicitiam attineret, ita respondit: Locum in vrbe confestim sibi Mamudius attribueret ad ædes, ac diuersorium firmo opere aduersus tempestatum, & incolarum iniurias extruendum: cuiusmodi aliquot iã Rex Emmanuel haberet in India. Ablatas per tumultum Sequerix res (ni eã cõpararent) æqua æstimatione rependeret, æquũ prætereã cenſebat, impensas ab eo præſtari, classem in vtramque factas à Lusitanis, quãdoquidem illius damni & incommodi penes Mamudium ac suos culpa resideret. Hæ pacis leges ab Albuquerque dictæ: ac, si minus placerent, legati vltra vetiti ad naves redire. Mamudius, tam acri denuntiatione percussus, concilium cogit. ibi, simul ira metuque sententias variante, diu multumque certatum est. magna pars, & prudētissimus fere quisque, fauere otio: & palã hortari, ac periculosi belli aleam quãnis magno auri pondere redimendam. Alij cõtra, & Regis Mamudij dignitate, & Malacensis nominis gloria indignum affirmare; si ad vnus ignoti aduenæ fremitum, ac tantuli exercitus terrorem, quantus ea classe vehi possit; per speciem societatis atque commercij, teterrimæ seruitutis iugum scientes ac volētes accipiāt. Huius sententiæ principes atque auctores erant, præferuido ingenio adolescentem regij duo, Panensis gener, & filius Adolodinus. atque horum vel auctoritate, vel gratia res pãne inuito Mamudio ad bellum inclinauit: intentioreque inde cura ad arcendam vim omnia apparari à barbaris cæpta. & Albuquerque, cognita re, in diem tertium, qui patrono Hispaniarum Iacobo Apostolo erat sacer, oppugnationem suis edixit. Malaca vrbs, ad maritimas commo-

dita-

ditates, littore plano, in longitudinem vni-
 me leuca porrigitur. Hanc fecat amnis ex
 re Asia defluens, in quem plus minussue, pro
 Lunæ momentis, exæstuat mare. idemque
 iunctus egregio, vtramque partem oppidi
 facit. Tecta, Indico more lignea, folijs & frō-
 arcent pluuias. neq; tum vrbem vlli aut mur-
 fossæ cingebant. populus ipse bellica laude,
 pud eas gentes, insignis (& erat eo tempore
 multitudo) sua latera, more Spartano, pro
 bus ac propugnaculis gloriabatur esse. Tātū
 mudius ad loca maximè periculosa tumul-
 munitiones raptim obiecerat. & cūm alia
 partes aditusque, tum verò pontem ipsum
 tormentorum apparatu, præsidijsq; firmam
 ce ita prouisis, filio, ac genero, vt omnia
 cientes ad subita occurrerent, expedita
 rum aliquot millia sub signis attribuit. ip-
 cum turritis elephantis, ad hostium terror-
 fidarias cohortes, & reliquum robur iuue-
 deposcit. Vt imutis Raia, licet in speciem ty-
 suam operam, & copias enixè deferret; tamen
 tim occulto in eum incensus odio, partim
 nes rerum euentus incolumitati suæ prosp-
 per fideles internuntios clam sibi suisque
 ac veniam à Lusitano impetrauit. Albuque
 non sine causa lætus tanto auxilio in tempo-
 stibus dempto, ad contemplandam loci natu-
 & exploranda tyranni consilia totus incub-
 uique comperit, maximum vrbis firmamentū
 ipso ponte cōstare; quod arcis instar, in omni-
 tes aditum, & prospectum haberet: eoq; si
 foret, non modò opportunam ad omnia
 ibi collocari posse; verūm etiam dirimi

auxilij mutui societatem, qua, vt quisq; locus maximè premeretur; ex composito inter se vti decreuerant. Vt igitur Apostoli natalis illuxit dies; Lusitani clamore sublato Sanctum Iacobum ingemunt: ac volitantibus vndique globis, cum pene obruerentur; tamè talium periculorum assuetudine intrepidi bipartitò in terram exscendunt. Quæ pars vrbis, regiam, & Mahometanum habebat delubrum, ea cum robustis cohortibus Ioanni Limæ expugnanda tribuitur: Albuquerque, frequentiore alteram vrbis partem ipse cum suis inuasit; conditò prius, vt hostibus vtrinque summotis, illicò ad pontem omnes accurrerent. eodem scaphas aduerso flumine cum tormentis militibusq; submitit, vt simul omnia circa hosti infesta redderent; & ad nostros, vbi res id exigeret, recipiendos præsto essent. Lima, descensione facta, dum ad pontem festinat, in Alodini copias incidit. vixdum cum ijs intum erat certamè; cum à tergo repente Mamudius institit. is turrato ac phalerato cum propugnatoribus aliquot elephantò in prima acie vehebatur; alij duo eodem ornatu præibant: tum reliquum sequebatur agmen. Nostri, ancipiti circumuenti malo, fortem ac præsentem nihilominus animum in re subita præstitere. Lima, iussis interim cæteris Alodino resistere, ipse Mamudio cù manu fortissimorum iuuenum pleno gradu obuiam vadit. & arte contra vim vsus, patefacta repente acie, aduersos elephantos in medium accipit: ac pilis certatim in eorum latera ac terga coniectis, cum ex prope pinquo cuncta inhæsisset; consternatus ante omnes regius elephas rectorem excussum proculcat, inde conuersi cæteri cursu præcipiti in suos ruunt; editaque latè strage, non modò turbant ordines,

dines, verum etiam in fugam auertunt. Mamudius
 periculo animaduerso, confestim e turre de
 acceptoque iam vulnere, suorum concursu
 tus in tutum est, neque alterius agminis impu
 onem Alodinus ultra sustinuit; & ex diuerso
 Albuquerque ingenti certamine pontem om
 rat, quo, cum ex composito cuncti aduolassent
 tem altera pontis, materia, dolijsq; & aggerem
 niunt: alteram cum peraeque firmare niterentur
 nenatis e proximo sagittis, & assiduo barbaro
 incurfu prohibiti sunt, iamque longa inedia
 lassitudine simul aestuque fatigati, cum a prima
 ce in pomeridianum tempus acerrime depu
 sent; vix arma sustinebant. Itaque Albuque
 fat eo die periclitatus hostium vires, neque
 rum se profecisse ratus ad vniuersa victoria
 consilio statim habito, receptui canit, ac simul
 aetas magno labore munitiones, ne hostibus
 rent vsui, succendi iubet, quo incendio con
 da quoque ponti aedificia, & mercatorum ali
 apothece; & ornatissima, de quibus antea de
 strauimus, nuptiales Regum aedes arsere. Mag
 Malacensium numerus eo die desideratus, & de
 stris interfecti aliquot, complures vulnerati
 Regulus Panis, Lusitanica ferocia exterritus
 rei Malacensi diffidens; per causam adducen
 ua auxilia, relicto socero & sponsa, in patria
 discessit, neque postea redijt. Mamudius, quae
 quam aduersa ictus pugna, tamen omitta pacis
 tione, vallum, & stationes ad loca idonea dup
 cat; pontemque praesertim, valido praesidio
 mat. Viam insuper latam, qua in urbem intima
 aedesque regias, ac Mahometis fanum, Lusitano
 tibat introitus; veneno infectis tribulis occu
 coo

ospergit; actosq; sub terram cuniculos, certam in
 hostium perniciem, sulphureo complet puluere.
 At Albuquerqueius, ex eo praelio ingenti fiducia con-
 cepta, dies paucos reficiendo milite, & saucijs cu-
 randis insumpfit. interea celsioris formæ iuncum,
 obiectis extrinsecus culcitris atq; centonibus, ad
 hostiles ictus molliter excipiendos, omni telorū
 armorumque genere diligenter instruebat. id o-
 pus ubi absolutū est, eximie fortitudinis dux An-
 tonius Abreus cum promptissimis Lusitanis impo-
 situs. & obseruato nouilunio, cum plenissimus ma-
 ris aestus accedit, nequicquam prohibere conanti-
 bus barbaris, iuncus ad pontem applicitus est. &
 Albuquerqueius per media hostium iacula cum cæte-
 ris copijs in terram egressus, viamq; latam, de qua
 diximus, petens, ad manifestum utiq; ruebat exiti-
 um. siquidem ad viæ caput Mamudius cum exerci-
 tu multiplicatis in arcto ordinibus stabat; ut cum
 primum spatia viæ nostri occupasset, cuniculis in-
 iiceret ignem; ac dissiliēte solo, & erūpentibus vn-
 diq; flammis, gratisimum è fœdo Christianorum
 interitu spectaculum mēte oculisque perciperet.
 Sed planè singulari Dei benignitate fraudis indi-
 cio per confcios ad Albuquerqueiū delato, nostri mo-
 dica declinatione in hostium latus ex transuerso
 impetum faciūt. Anceps aliquandiu fuit certamē,
 dum in angustijs conferti sese barbari opponunt;
 proque aris ac focis & ipsi acerrimè dimicant; &
 fenestris ac tectis pro sua parte adiunat imbellis
 multitudo. sed ad extremū, redintegrato clamore
 cum Lusitani gradū acrius intulissent, celsere pri-
 mum loco barbari, dein prorsus terga vertēre. &
 eodem impetu fanum, casis pulsisque custodibus,
 ab Lusitano occupatum est. Inde, relictis ad fanum
 O 2 tute-

tutelam armatis, Albuquerque ab insequendis
 stibus metu insidiarum abstinuit. cæterum in
 mis de ponte sollicitus, ne transitum subsidij
 lacensium daret; eò celeriter aduolat, & deli-
 iam præsidio, expugnatum ab Abreo magna
 nium lætitia reperit; expositaque ferramenta
 cæterum muniendi apparatus, quem è super-
 re prælio explorata loci natura per eos dies
 curatè prouiderat. itaque collocatis ad utrum-
 cornu stationibus, velisque nauium supra cap-
 obductis, quæ simul læuora hostium iacula, lig-
 tasque, simul radios flagrantissimi solis arceret
 totum eum diem in ponte muniendo consumpsit
 & ex vtraque parte vallum, & cupas inter
 uinctas constituit ingesta gleba, tutoque ad
 flumen relicto, ac dispositis circa scaphis, quæ
 li vtriusq; frontes ac latera telis ac tormentis
 raderet, sic ille transactus est dies, postera luce
 hostiũ delendas reliquias, & regiam ipsam op-
 gnandam Lusitani audacter progressi, ædes, præ-
 spem, vacuas, & inanes offendunt. Mamudius quo-
 pe, desperatis rebus, noctu collegerat vasa, & in
 saltus vicinos ac nemora sese cum paucis abdu-
 rat, ibi Alodinũ, & cæteros belli auctores neque
 quã execratus, paucis diebus in cærore amissa
 bis extabuit. Alodinus, diuerso itinere, cum
 longè ab vrbe munitioibus excitatis, profugus
 pugna colligeret, bellumq; renouare tetaret, præ-
 sis ab Albuquerque celeriter cohortibus, iterum
 sus, in Bintanum denique insulam, & eiusdem
 minis oppidũ è regione Sincapure confugit, per
 vim ac fraudem exacto dynasta, locum natura
 tum, operibus insuper egregiè munit. Inter
 vrbs Malaca, pulsus vndiq; armatis, militi dispa-

enda permittitur. Ibi quanta vis opum fuerit, vel ex eo conijci potest; quod, præter ea quæ vel à mercatoribus inter tumultum auecta, vel à militibus per fraudem suppressa sunt, ex quinta dūtaxat eius quæ apparuit prædæ parte (hæc ad Emmanuelem pertinebat) aureorum nummum ducenta milia in regium fiscum redacta dicantur. Inde ad constituendam, ac firmādam eius vr̄bis possessionem sese Albuquerqueius cōtulit, negotiatores primū, qui aut varias in partes metu diffugerant; aut comeari in id emporium verebantur; benignis promissis inuitati, & cum fide clementiaque tractati sunt. ita, veterē frequentia ac celebritatē id emporium breui recepit. Simul etiam, è vetustis Regum sepulcris ac monumentis eruto lapide, templum Salutationi Angelicæ sacrum ex manubijs positū; cuius mysterij Albuquerqueius præcipua quadam religione tenebatur: & loco opportuno arx ædificata, impositumque vr̄bi pariter & arci fidele præsidium, Rhoterico Patalino præfecto. Portoria insuper, & vectigalia, & scripturæ magistrī certis legibus instituti; simul iuri inter Mahometanos dicundo præpositus Vtimutis: inter ceteros autē inquilinos ciuesq; Ninachetus indigena, vir & antea de captiuis Lusitanis, & tum in vr̄bis expugnatione de Albuquerqueio ipso in primis optimē merit⁹. Ad hæc, Albuquerqueius de re gesta, victoq; Mamudio, Sionis Regem per litteras & interpretes docuit. ille, & factum probauit; & victoriam gratulatus, amicitiam cum Lusitanis instituit; & ex eo tempore vitrō citroq; legati cum pretiosis muneribus comearunt. atq; alijs item ex regnis Lusitanorum fama commoti, oratores ad Albuquerqueium, ineunda societatis & officij causa, conuenere. Præterea

quod de Banda, Molucisque insulis, & earum
 ra fertilitate, opibusque ad Albuquerquei aures
 dum fama peruenerat, ad eas insulas cognoscen-
 das, iungendamque cum incolis amicitiam, ege-
 gia fortitudine, ac maritimæ rei scientia vir, cu-
 ius modò meminimus, Antonius Abreus, cum tri-
 uibus tribus, Albuquerquei missu discessit. In
 hæc Utimutis, quod spreta nostrorum paucorum
 consilia de tyrannide occupanda cum hostibus
 gitaret, litteris eius ad Alodinum deprehensis, quæ
 manifestò viri perfidiam eoarguerent, in iplo
 pegmate, quod nuper ad ferale conuiuium, Seue-
 ric, comitibusque in littore exstructum fuerat, pro-
 dente in capita auctorum poena scelerati consilia
 vna cum Patiaco filio, octogenarius ipse prope
 securi percussus est, frustra nitente vxore supplican-
 bus verbis, & ingenti zuri pondere, quod aurei
 centum millium excederet summam, suorum
 pita salutemque redimere. Per eosdem fere me-
 ses, quibus hæc ad Malacam agebatur, Idalscan-
 sentiam Albuquerquei suam occasionem ratus, in
 Goam recuperandam, Narfingano bello distenta
 ipse, strenuos duces minimè cotemendo cum
 exercitu miserat. ij transmissis pluribus locis, vti-
 lim, astuario, insula & agros haud ita magno
 re occupant: cæterum vrbis ipsius oppugnata
 non eundem exitum habuit. cū clade & ignominia
 repulsi non semel, ad obsidionem consilia vertent
 i inque omnes ferme circa aditus barbarorum co-
 stodia tenebantur: & cum alibi fossas & aggeres
 xerant, tum verò ad Australia vada, loco in primis
 idoneo, munitissimum castellum excitant, quod
 à vici nomine ibidem positi, Benestarinū hodie
 appellatur. Quibus operibus cincta ciuitas, bene-
 ui cum

ni cum alijs incommodis miserijsq; tum verò fame vigeri vsq; adeo capta est, vt Lusitani complures (de numero nominariim affirmare nil ausim, cum alij septuaginta ipsos, alij nõ plus vndeuginti tradant) in hostilia castra fide trãsfugerint, perque summam impietatem eiurato Christi nomine, Mahometicam superstitionem induerint. Atq; hoc ipso tempore Ioannes Machiadus memorabile facinus edidisse fertur. is exsul è Lusitania, vt supra dictum est, cum apud Idalcanem Turcæ habitum mereret, varijs contra finitimos Reges expeditionibus, magnam sibi & fortitudinis, & prudentiæ pepererat laudem: & splendidum militiæ gradum adeptus, in consilium de rebus maximis adhibebatur. Idem, in bellis quæ cum Christianis fierent, egregiã nostris operã occultè nauabat: quod eò erat illi facilius, quò maior apud barbaros eidem auctoritas erat ac fides. Huc ergo, perfugarum misericordia cum cepisset, quod vãsano consilio exiguam huiusce lucis vsuram aternitati anteferrèt; non verbis modò, sed etiã exemplo factisq;, si quomodo posset, eos ad sanitatem reuocare cõstituit. Duos ipse paruulòs habebat filios, lustralibus aquis ab semet Christiano ritu explatos. hosce primũ, ne destituti, Mahometanis postmodum sacris inquinarentur, diuini iuris ignarus, clam intempesta nocte præfocat. mox, vbi diluxit, captiuos Lusitanos, & transfugas, per speciem relaxandi animi, longius ab hostium castris, prope urbem Goã, secretum in locum, sensim, vt sit, sermocinando perducit. Ibi sese Christianum apertè professus, ornatumque Turcico abiecto; de contemptu rerum humanarum, de breuitate huius vitæ, de sempiternis illius alterius æquè premijs atque supplicijs,

incredibili quodam animi ardore differuit
 ratusque est omnes, vt secum in urbem intrare
 cum Ecclesia & Christianis in gratiam redire
 ac diuina freti clementia, corporis incommo-
 præ animorum salute contemnerent. Ac sceler-
 ti quidem desertores, tam salutari oratione vix
 aures admiffa, retrò vnde venerant obftinata me-
 te rediere. Machiadus, neque famis, neque atro-
 fimorum suppliciorum, fi Goa caperetur, me-
 deterritus, accepta à noftris fide, vnà cum cap-
 uis in urbem introijt. Ea transitio, ingentem
 modò lætitiã, sed fiduciam quoque attulit ob-
 feffis; vulgoque itaque interpreterabantur, non
 caufa, tã asperis temporibus, tali viro mentis
 diuinitus datam, vt, ftipendijs opimis relicta
 honorata libertate, & commodorum affluentia
 fe in arctam adeò custodiam, penuriamque fpo-
 conijceret. Neque eos frustrata fpes est, quippe
 tescète iam hyeme, varijs è regionibus, atque
 ex ipsa Lusitania naues cum com meatibus & m-
 tibus aduenère. quarum accessu non leuata feli-
 inopia; verùm etiam ita noftrorum auctæ vires
 quotidianis eruptionibus vltro fatigarèt ho-
 propioresque iam obfeffis, quàm obsidentibus
 sent barbari. Et Albuquerque, circumactò iam
 no, cõpositis Malacæ rebus, ad Sincapuram
 custodiam Fernandum Petreiu Andradium, inge-
 ni virtute ac prudentia virum, cum nauibus
 reliquit, ipse de citerioris Indiæ statu anxius,
 quam inuitis Malacensibus, & propter exterru-
 metus omni studio tantum apud se ducè retinere
 conantibus, cum cætera classe in Malabares
 fum intendit. Vt in conspectum Paceni Som-
 træ littoris ventum est, noctu fœda tempeftas
 obora

oborta, & Albuquercij nauem saxis allisam infre-
git; & cæteras panè cum omni turba demersit, mul-
ti mortales hausti fluctibus; multi varias in terras
eiekti. pretiosissima quæque è spolijs Malacensibus,
& Regum donis amissa, Albuquercius per tenebras à
nautis magno labore in scapham acceptus, cum ipse
periclitantem puerum inter manus properè sustulisset;
collectis reliquijs naufragij Cocinum deuenit, ibiq;
magna sui cum animi voluptate, præter spem incolumes
reperit eos, qui, vt supra dictum est, ab Socotora
redeuntes, in Cambaicum littus eiekti, atq; ad Cambaiæ
Regem pro captiuis abdukti fuerant. ij, secundum Deum
vni maximè Antonio Laurerio Franciscano salutem ac
libertatem debebant, cum enim iamdiu in eo seruitio
degerent, atque ad eos eximendos accederet nemo;
Laurerius omnium consensu delectus est, qui Goam de
redemptione contenderet, ea lege, vt, si nihil transegisset;
intra certum diem bona fide rediret, atque eius reuer-
sionis quasi obfidem & pignus ille sacrum cingulum
reliquit Regi: testatus, professionis suæ ritibus atque
institutijs, haud minimam sanctimoniam partem horrido
in illo fute consistere. Vt Goam peruenit; absente
per id tempus Pratore, nihil decidi super tanta
re potuit, ita, infecto negotio, protinus, vti receperat,
in Cambaiam reuertit. Quæ res tanta admiratione
Regem affecit purpuratosq; vt confestim sine vilo
pretio, quin etiam ornatos lautosq; Lusitanos
benignè dimiserint, neque id modò Laurerij virtus
& sanctitas consecuta est; verùm etiam apud illas
nationes non parua cum vtilitate egregiam probitatis
existimationem, & famam nomini Lusitanico peperit:
sanè quàm egregio docu-

mento, non solum ad conscientiae fructum, & ad
 ceteram religionem, sed etiam ad opes & gloriam, & ad
 constantiam promissorum & fide nihil in rebus huma-
 nis esse praestantius. Magna Cocini tum erat, tum
 dum condita, quae nunc est, Lusitana ciuitas, & ad
 rum hominumque colluuiem. Quippe sub eodem
 tecto misti Christianis Mahometani ethnicique
 lo discrimine debebant viri ac mulieres: multum
 passim flagitia & fraudes admittebantur. Huius
 lo occurrendum ratus Albuquerque, cum in
 Naueadora transiit, ut certo limite Malabarica
 cam ab Lusitana commoratione dirimeret, ad
 factum; capitali poena proposita, omnes seu
 trisque mortales, qui a Christiana religione
 horrerent, e finibus Lusitanis demigrare iussit.
 res non ad purgandas modo nostrorum ad
 domicilia, sed etiam ad augendum numerum
 lium valuit: quandoquidem eo edicto permo-
 ceter quadringenti, abiecto idolorum cultu,
 ad Christianam Ecclesiam sponte aggregati.
 Ab horum complexu Albuquerque Goam
 mo omnium gaudio, quod pro mortuo putatum
 processit incolumis. Eius aduentu, multo vehem-
 tius urgeri hostes capti; & a Lusitanis castris
 Benestarinum admoti, ibi dum missilibus acce-
 ytrinque certatur; missus ab hoste globus
 tem cum Albuquerque quendam ex turba in
 cerpsit; ut Albuquerque ipsum foedo cruore
 sperferit. Quo ille tanto ex periculo diuinitus
 reaptus, globum deinde ipsum argenteis bra-
 coopertum, una cum affabre facto monili ex
 mis & margaritis, in celeberrimo templo
 R I AE Virginis, ad Aquas Lupias veteris Lusitaniae
 a, ponenda curauit; reditu insuper annu-

vsu perpetui luminis Hieronymianis eiusdem
templi custodibus attributo. Atq; eo casu, nihilo
segnior factus Prætor, nouis operibus, & oppug-
nationibus crebris cum inclusum mœnibus ho-
stem in dies magis ac magis premeret; varijs cla-
dibus denique feissi Roztomacan præfectus, & Tur-
cæ, qui in eo præsidio erant; flexere ad deditio-
nem animos: pactiq; vt naues, tormenta, ac perfu-
gas traderent; cum cæteris rebus incolumes Be-
nestarino excessere. Albuquerque, recepto castel-
lo, impositisq; militibus, quassata, & strata rui-
nis accuratè refecit: impios desertores, amicorum
precibus exoratus, viuere quidem passus est, sed
grauiore multo circuncisione decurtatos, quam-
quam sese nuper ipsi ex initijs Mahometicæ super-
stitionis affecerant, siquidem, auribus, naribusq;
ac dextris abscissis, & sinistra insuper cuiusq; pol-
lice, per totam urbem ad puerorum ac plebis lu-
dibrium ignominiosè traduxit: dein, vt apud In-
dos, quoad eius fieri posset, omnem sceleris tan-
ti memoriam obrueret; in Lusitaniam eo ipso an-
no remisit. Tum in gratiarum actionem, ob hostes
ex insula pulsos, Christiano ritu supplicatio de-
creta, composito ad pietatem ægmine venerabun-
di Lusitani cum sacerdotibus, infulisq; ad tem-
plum Beatæ Virginis adire, valetudinarium quo-
que publicum curandis ægrotis & faucijs institu-
tum. Hisce tam secundis Lusitanorum rebus valde
commotus Zamorinus, vtrò per viros principes
ab Albuquerque pacem petere induxit animum: lo-
cumq; arci ad Calecutum ædificandæ tandem a-
liquando assignauit. Et Rex Maldiuarum aliquot
insularum, (cæ frequentia planè mira non longè
ab Cori promontorio in Meridiem distant) ob id
ipsu

ipsum in Emmanuelis ditionem, ac fidem in-
 pendiaro sua sponte se cōtulit. Tum ab alijs
 que Regibus legati cum donis ad Albuquerque
 gratulandi causa conuenēre. Quin etiam Iohannes
 ipse, missis oratoribus, pacem & amicitiam
 conditionibus impetrauit. Earundem rerum
 stanti fama compulsus Abassinorum quoque
 thiopum Rex, cum Emmanuele denique loco-
 tem ac foedus vehementer expetiit, is tum ex-
 tre Nahu defuncto, David admodum adole-
 atque ob id sub tutela degens Helenæ auis,
 animo & consilio foeminae, legati in eā rem
 insigni probitate ac prudentia vir, Matthaeus
 menius, & alius ex Abassina nobilitate primi-
 ij, quò arctius iungerent amicitiam, fidei
 ad Emmanuelem ferebant sacrosancti ligni
 mētum eius, in quo salus humani generis olim
 gemiscente rerū natura pependit. Hunc ergo
 thaeum ad se restā cum socio venientem, vti
 sitaniam ex India transueheretur, Albuquerque
 cum cætera benignitate, tum verò propter
 quas afferebat reliquias, exquisitis ceremonijs
 sacerdotum occurſu gratulabundus acceptis
 curatè commendatum nauarchis, in Europam
 Cocino transmisiſit. Per idem ferè tempus, Em-
 nuelis hortatu Alphonsus Congi Rex Henrici
 filium, ac præcipuos ex eo regno, in Lusitaniam
 bi fermè alti educati que fuerant, atque inde
 honestissimo comitatu Romam vsque religioſe
 ergò proficisci iussit, vbi magno totius Eccl[esi]e
 Romanæ gaudio excepti (augebat lætitiarum
 longinquitas) summum in terris Dei Vicarij
 Christiano ritu supplices adorarunt. Sub idem
 pus, Malacæ magni & periculosi motus rep[er]it

exstitere. Quitirius inquilinus erat pollens diuitijs, & rerum nouarum apprimè cupidus. huic, Vtimutis Raia vxor, quod maritum filiumque nec prece, nec pretio seruare valuisset, ex dolore in rabiem versa, permagna cum dote filiam ea conditione desponderat, vti suorum vlcisceretur necem; ac perpetuum bellum cum nomine Lusitano capefferet. Ille, contracto clam milite, clientum mancipiorumque circumfluens turba, paucis diebus ad urbem castra communijt. inde furtim in prædicia Lusitanorum incurfando, cædes edere; ca priuos abducere; ciuitatem vniuersam trepidatione ac tumultu complere. Cæterùm, haud ita diu impunita illi fuit audacia. Coorti repentè Lusitani castra multis simul partibus inuadunt; conualfoq; vallo, & superatis munimentis, trepidantem barbarum in lucos magna edita strage compellunt; dispositisque vigilijs, referta omnibus diuitijs castra diripiunt. Eo die captiuus quidam, ignoto nomine, Lusitanus, egregium qua roboris animi, qua fidei Christianæ specimen præbuit, is, libraadi peritus, cum in nostros obuerso tormento circulari extremi supplicij metu proposito iubere tur; intrepidus abnuuit: ac fortiter datis ceruicibus, ex hostium simul manibus & corporis custodia in cælum euolauit. At Quitirius, nequaquam ea clade fractus, bellum omni conatu renouabat; & statuis alibi positis; urbem, & omnia circa, latrocinijs & excursionibus habebat infesta. Lusitani ad eum inde quoque exturbadum, nauibus profecti, dum facta descensione progrediuntur incautius, in insidias præcipitauerè, & fortissimi aliquot viri loco iniquo a barbaris interfecti. Sed ad extremum nouis ab Goa copijs Malacam adue-

ctis.

eris, iterata oppugnatio; & Quitirius non erit
 modò castris, verùm etiã è Malacensium finibus
 cum ignominia & dâno est eiectus. & Lactantius
 Mamudianæ classis præfectus, cùm Quitirium
 ritimis copijs adiuuaret, ab Andradio fufus, &
 tra Muaris fluminis ostia foedè coniectus est.
 depulsa molestia, multo grauius discrimen ali
 de Lusitanis instabat: quod item ipsum Dei bene
 nitate in perniciem hostium vertit. Iauz sunt
 fula duæ (maiolem vnã, alterã minorem)
 pellant) vltra Somatram in Meridiem sita,
 dem fermè qua Somatra soli vbertate; sed les
 ferocioribus incolarum ingenijs. Maioris
 ritimã orã obtinebat Onuzius Saracenus
 ris, armisq;e, & omni bellico apparatu præ
 lens. is, ingenti classe adornata, quam dudum
 uerius Mamudium admirabili silentio ac dilige
 latione inchoarat; vt exactum illum è regno
 nouit; ipso smet qui exegerant, ex improuiso
 riri constituit. Nauigia leuiora ducebat plurima
 maioris verò formæ runcos circiter sexaginta
 bus omnibus ad bellum instructos. Non leui
 Malacenses, Onuzij aduentus. & à Lusitanis, ma
 um non plus sexdecim numero, Christi maxime
 fiducia, obuiam Saraceno est itum: contracto
 certamine, quòd, propter incredibilem pernici
 ciam gentis vtriusq;e, biduum tenuit; multo ma
 ma parte nauium amissa, deniq; Onuzius Iauz
 pi fuga repetijt, supra octo millia hostium, ea
 na, aut ferro, aut igni absumpta dicuntur; cum
 Lusitanis plurimi quidem vulnerati sint, verò
 haud amplius triginta ceciderint. Ita multiplex
 paucis menibus parta victoria, non exiguum
 itaris gloriæ decus Lusitani tulere. Caterum, con
 ERA VIIA

era vim externam feliciter defensa res, domestico
scelere propemodū periit. Maxelizius erat quidā,
ē Bengala oriundus, is, cum Lusitanæ arcis custodi-
bus ad Malacā, & Alphonso Persona præcipuē re-
gio Quæstorē, per summam simulationem amoris,
& obseruantia, magnā familiaritatem breui con-
traxerat. Hunc, Bintani regulus Alodinus, ad oc-
cupandam fraude arcem Lusitanā ingentibus pro-
missis induxit, militibus habitu mercatorum oc-
cultē summissis, qui in tanta hominum colluione
haud agrē latebant. Hisce clam ad loca idonea di-
stributis, Maxelizius, per speciem salutandi Quæ-
storis, vti solebat, in arcem admittitur. A prima sa-
lutatione, & mutui sermonis officijs, Persona, tum
fortē meridiandi causa cubanti, cum sese in alte-
rum auertisset latus, repentē Maxelizius ab tergo
letale vulnus in caput imposuit. inde ad distinen-
das fores, aduocandosq; suos accurrenti, quamquā
in extremo spiritu Persona profiliens, vt erat ma-
ximis & corporis, & animi virib⁹, anteuertit: clau-
soq; per vim ostio, cū custodes ad arma excita-
set, in ipso munere tuendæ arcis efflauit animam.
Illi barbaros ad murum subeuntes cum cæde mag-
na repellunt; & Maxelizius intra arcem deprehen-
sus, cum sese arciter aliquandiu defendisset; multis
ad extremum ictibus repetitus occubuit. Ita, sum-
mo Dei beneficio, & eximia Quæstoris virtute,
arx, & vrbs retenta; & quod ita res postularet, Bin-
tani regulo pax, petēti, postmodum data. Et ex alia
parte, Antonius Abreus, & focij, ad Molucas paulo
ante ab Albuquerqueo destinati, inter varios casus
atq; pericula, regēte Deo, haud exiguū operæ preti-
um fecere. Ad oppidum Agacinum Iauæ insulæ vē-
tum est primū. Inde leucas ad sexaginta in Am-
boinur

boinum insulam delati, quæ ad Molucarum
nem pertinet; positis utrobique columnis, ad
dam eiusdem ditionis processere: ex qua
principem teneat locum, vicinæ aliquot insulæ
nominatur. Hæ, totius orbis terrarum solæ
constet) spontè, lautiores in epulas, & me-
menta mortalium, ex vna eademque arbore,
cim, & nucem myristicam fundunt. Arbor, ad
similitudinem accedit. fructus, mala perfric-
damtenus imitatur. floret quo tempore ibidem
liæ quoque plantæ, & herbæ varij generis
bus vniuersis mirificus odor, incomparabilis
iusdam suauitatis existit. Vbi defloruit, ma-
rescens pomum, paulatim è viridi, tum ce-
leas luteasque, tum purpureas & igneas
in maculas, quales in arcu cœlesti cum
tate miramur: atque eo ipso tempore pfi-
aliæ nobis ignotæ aues eximie pulchritudine
ad gratisimum sibi pastum aduolantes, ad
oblectationem; cum folia, & fructus, & alia
varijs colorum picturis in certamen vsque
rient. Hac amœnitate cum reliquis insulas,
primis Bandam conspici affirmant: quippe,
ritimum habet tractum sylua felicissima vin-
tem; & ex insula media mons accliuus at-
cuius in ipso vertice lucus eodem & frondium
stitit, & frugum copia, satis amplum patefcit
pum: atque inde splendidi aquarum riui ad
ctam planitiem irrigandam leni murmure
unt. Insula tota, ad equinæ solæ speciem, a
trione in Austrum excurrens, tres nõ amplius
cas in longitudinem, vnã in latitudinem
net. qua sinus introrsum recedit, ibi impo-
est. Gens a neo colore, fuso capillo robur in me-

bris, in animis feritatem ostentat. viri mercaturam, foeminae agriculturam exercent. Nullum habent Regem. suis institutis ac ritibus viuunt: & vbi consulto opus est, ad seniorum catus refertur. In cultu Diuino, illata non ita pridem fabulosa Mahometis dogmata vulgò sectantur. Locus ad inuehendas & euehendas merces admodum est opportunus. Igitur Abreus eò delatus, vti è Malacensi victoria omnes eas nationes Lusitanici nominis fama peruaferat; haud ita difficili negotio foedus amicitiae hospitijque cum incolis fecit: ac lapideum eius rei monumentum in littore posuit. dein, magna vi frugis pretiosae coempta, Molucis omissis, Malacam reuertit: atq; inde cù Andradio Lusitaniam reperens, vt apertae Bandae nuntium ad Emmanuelem ipse perferret; irani spe delusus, in itinere perijt. Longè diuersum habuit exitum nauigatio Francisci Serrani ex eiusdem Abrei comitatu. Is, post Bâdam relictam, ipso profectiois initio ab socijs foeda tempestate distractus, ad infames & scopulis, & latrocinijs Lucopinas insulas vltra Bandam, allisa oneraria, saluis corporibus, armisq; in terram euasit, fame sitiq;, ob solitudinē ac siccitatem loci, vnà cum socijs vtiq; moriturus; ni, quae res exitio ceteris consueuerat esse, praesentem eis opem diuinitus attulisset. Praedonum erant in proximo stationes, in eiusmodi casus intenta cura excubantium, vt eiectos in littus aduenas improviso aduentu caperent. ij, conspecto Serrani infortunio, ad praedam alacres piratico nauigio vehebantur, quam vulgò caracoriam appellant. Nò latuit scelus magistris & nautas Malacenses, è Serrani turba. quocirca praemonitus ab ijs, vt sibi consuleret; insidias prope littus occulto loco disposuit.

P

nit.

nit. prædones in terram egressi, dum naufragi
 nantur, interim exorti ab tergo Lusitani carum
 inuadunt. qua re animaduersa barbari, metu
 abducto nauigio, in deserta insula delicturi
 rent; confestim ab latrocinio versi ad obiecta
 nes, culpæ veniam suppliciter petere: ac se, po-
 ri, si in caracoram accipiantur; duces nostris
 modum hospitium haud procul inde futuros.
 que absuit dictis fides. ijs moderantibus cura
 ad Amboinū rursus delati Lusitani, ab incolis
 cutelli emporij admodum benignè tractantur
 rant Rucutellanis veteres inimicitia cum fra-
 ma ciuitate Veranula insulæ Batochinæ Muz-
 tum, inter vtrumq; populū exorto certamine
 cutellani aduenarum maximè ope superiorum
 re. cuius rei cum rumor longè lateq; manaret
 Molucarum etiam insularum Tidoris ac que-
 natis regulos fama peruenit, quorum alter
 mansori, alteri Boleifi erat nomen. A patri-
 bus paulo ante ad Mahometicam superstitionem
 ambo transferant. ac de finibus inter se contem-
 soliti; cognito Lusitanorum ad Amboinum ap-
 su, tam inclytæ gentis auxilio contra hostem
 ri cupidus vterq; certatim naues ac præfidum
 inuitandos ac deducendos ad se peregrinos
 tunt. Diligentior in eo officio fuit Boleifem, qui
 ter instructis in id ipsum nauibus decem, & mil-
 dia mille fermè armatorum impositis, à quibus
 ducto iam ad Ternatem Serrano, Tidorensis
 Rucutello irriti rediēre. At Serranus cum
 magno apud Boleifem in honore habitus; mo-
 de Molucensium natura, commercijs, mori-
 que per otium cognouit: neq; Emmanuelem
 dō de rebus ijs accurate per litteras docuit:

rùm etiam, commeantibus deinceps eodem Lusitania, non mediocri vel solatio, vel adimento fuit. Sunt autem, quæ communiter Molucæ vocantur, complures numero, subiectæ Aequatori, & à Borea in Austrum vicenis fermè leucas inter se distinctæ: quarum nulla plus leucas sex ambitu colligit. Hisce plurimè circumfusæ aliæ sūt: verùm ad Occidentem in sexaginta leucas tota fronte præceditur altera Batochina, Mauricam appellat: ita naturæ muneribus Diuina prouidentia distributis (nempe ad conciliandam per mutuos vsus humanam societate) vt Molucæ, cum ingentis pretij frugem caryophyllon vnæ omnium ferant; reliqua pæne cuncta ad victum & cultum aliunde mutuari cogantur, quarum magnam partem ea, quam dixi, Batochina suppeditat. Arbor autem caryophylli, & stipite, & folijs lauro similis est, flore in primis odorato, qui è viridi in rufum immutat^o, vbi obduruerit; caryophyllon Arabibus; at Hispanis, quod capitatus est, clauus appellatur. arbor, è deciduibus caryophyllis citra culturam enascitur: annuas fert fruges: quæ tamen propter flagellorum & acrioris decussus iniuriam, non nisi altero quoque leguntur anno. solum infra, purum est: arbore in semet omnem attrahente succum: ipse verò fructus, potentiorum præcipuè mensis ac dapibus expetitus; ab institoribus ingenti lucro & in Asia, & in Europa diuenditur. Tellus arida est, & in modum pumicis fistulosa. itaq; non modò cadentes è caelo imbres momentò combibit; sed etiam è montibus manantes absorbet aquas, antequam directo alueo ad mare perueniant. Eadem aliquot locis cum infano reboatu ignes eruëtat. Sed præcipua camino Ternatensi nobilitas. Mons in nubes assurgit ex-

celfus, & arduus, cuius inferiora, densis nemoribus
 vestiuntur; superiora, ex incendijs glabra & arida
 sunt. in vertice, crater, hiatu vasto, in plures
 culos circumductos maiores minoribus, ad
 em amphitatri discedit. inde, per æquinoctia
 ximè, certis flantibus ventis, cum horrisso
 tu flammæ atro mistæ fumo & fauillis erumpit
 & omnia latè loca cineribus complent. Vile
 nuæ sunt vices: nec nisi per funes, aut ferramentis
 quibusdam locis ascensus est. Incolæ etiam fere
 alicubi optimum legunt. fusco ipsi colore
 capillo, ad bellica studia strenui, cætera mirum
 modum inertes & pigri. Medulla quarundam
 borum victitant: sagum vocatur, ea lenè purgans
 & testaceis incocta formis, non solum in quibus
 na alimenta, verum etiam in vsum nauticum
 egregiè sufficit. Et ex eiusdem plantæ ramis, quibus
 ci manu concisis, leuandæ siti, mirifico sapore
 mul & salubritate candidus liquor exsudat,
 vulgo tuacam appellant. Ipsas insulas, olim
 tas, & qua planities est, mari mersas fuisse
 tur conchilia, & arenæ, quæ fodientibus palam
 currunt: atq; ob id ipsum ab indigenis incolis
 gant. Conueniunt sunt è Sinis, Iouis, & aurea Chersoneso,
 neso, & alijs regionibus: origine dispares, &
 linguæ; cæterum contumacia, scelere, perfidia
 simillimi. quippe, nec nisi malo coacti recte
 norunt; & non ferro solum, & aperta vi, sed
 lumnijs, fraudibusque, & veneno grassantur.
 que Molucensium tantum id ingenium est, quod
 iæ quoque eius tractus insulæ eadem infamiam
 me laborant. Ex ergo, ad quem dixi modum, quod
 antea Græcis, ac Latinis prorsus ignotum fuisse
 nostris hominibus denique patuere. Dum ex
 rant
 peri
 tion
 Goæ
 ran
 Per
 præ
 sex
 ipse,
 ting
 çus.
 di ca
 traie
 & in
 (qui
 tuni
 add
 allu
 tus i
 nactu
 repe
 tion
 te,
 con
 gene
 ne C
 Alb
 bis
 st
 cele
 ciu
 os
 iub
 sua

rantur, Albuquerque interim, firmato maris imperio, ad interruptam toties Arabicam expeditionem, rursus animum adiecit, eoque consilio ad Goæ custodiam, præter Malabarica auxilia, Lusitanos pedites quadringentos, equites octoginta Petro Mascarenia præfecto reliquit. Benestariini præsidio Rhotericum Pereriam, oræ maritimæ cū sex biremibus Ioannem Machiadum præposuit, ipse, viginti nauibus, epibatis Lusitanis mille septingentis, Indis verò circiter mille ab Goa profectus, malacia diu remorante, ad Socotoram aquan di causa primùm; dein Adenum incolumi classe traiecit. Vrbs est præclara ad aspectum, ædificijsq; & incolis admodum frequens; non soli natura (quippe inuectis omnibus vitur) sed loci opportunitate, vt supra dictum est, in eam celebritatem adducta. omni ferè ex parte ad pæninsulæ modum alluitur mari. qua continenti annectitur, præruptus imminet mons: mœnibus præterea, & propugnaculis egregiè cincta est. attamen Albuquerque, repente iactis in portu anchoris, magnam trepidationem ciuibus pariter ac peregrinis incussit. nauatæ, & institores ex onerarijs in urbem extemplo confugere. Amirianus oppido præerat, Abassinus genere, puer olim captus à Saracenis; & à religione Christiana per fraudem abductus. Is, têtatus ab Albuquerque, non vulgari solertia vir, blandis verbis muneribusq; spem deditiois faciendo, rem distulit, dum è propinquo milites euocaret. ij cùm celeriter conuenissent; ignarus eius rei Albuquerque, experiundi causa in oppidum ad nauicularios mittit, qui eos metu deposito ad naues redire iubeat. illi verò negare se redituros, aut capita sua toties iam expertæ Lusitanorum crudelitati, &

auaritiæ permissuros. Simul Amirianus per
 nuntios cum Albuquerque expostulat, quod
 rium vsurpet in aliena terra; & super tali re
 quilinis & aduenis potius quàm cum legitimo
 gistratu, penes quem summa sit rerum, suo iure
 bi agendum existimet, ad extremum! addit, cum
 pro amicitia facere, qui tali tempore defensionem
 urbem nudare conetur. Eo nuntio sat patet facta
 miriani consilia; & Albuquerque vim adhibe
 dam ratus, vbi postera dies illuxit, vt hollem
 pitii distineret prælio; partem copiarum in ipso
 core exposuit; partem ad Isthmum, quæ a tempore
 uaderet, circummisit. Vtrobique à Saracenis
 rime repugnatum est. & cum scalis diffractione
 ci Lusitani, qui iam in muros euaserant, ceduntur,
 & frequentes apparerent in oppido armati
 dices equitesq; Albuquerque iactis ad pinnaculis
 bus, per quos nostri sese demitteret; receptum
 iussit: omissaque oppugnatione urbis & maris
 opere, & valido præsidio munitissime, Malabar
 tanas naues in portu ferme triginta successerunt
 de sublati anchoris, dum Luianum inuehitur
 num, cum extremo salutis discrimine in Iyri
 pactus est. Saluti fuit, imploratum Beate Virgini
 auxilium: cui deinde, ad perpetuam beneficentiam
 memoriam, in vrbe Goa templum extruxit. De
 de, Sanctæ MARIÆ Vada, Luianæ Iyri montem
 impositum. Ex eo periculo ereptus, ad Camer
 num insulam intra fauces Erythræas cum
 uersa classe prouehitur. Ad eius famam, in
 proxima continentis, metu diffugerat. Locus
 inamoenus est. perennibus aquis, & pecorum
 mentis abundat. ad hæc, ingentes ædificiorum
 æ, celebrem olim tectis & opibus fuisse testatur.

Albuquercius in explorandis circa regionibus, & maris eius natura noscenda hævem posuit. quo tempore, duo in primis admiranda euenere. Ad solem occidentem, qua Regis Abassinorum imperium est, purpureæ Crucis in cælo signum præfulgens aliquamdiu apparuit. quo viso Lusitani omnes venerabundi procubuere: & Albuquercius, vt erat eximia pietate, sublatis ad eam manibus, clara voce fusus in preces: O Crux, inquit, nostræ redemptionis argumentum, ô signum Christianæ victoriæ: ô decorata preciosissimo sanguine Domini IESV: ô Diuina arbor, cuius vitali fructu, lecalis quondam plantæ repensus est fructus: in te, te inquam, spes nostras omnes habemus repositas: te profitemur, agnoscimus, adoramus; ac suppliciter petimus, nobis inter tot pericula, terra marique præsidio sis. Ab ea precatione oborta omnibus lacrymæ: & index fidei ac religionis clamor ad astra sublatus. tum consono clangore hinc inde tuba concrepuit, & omnia tormenta displosa: dein candida nubes conditam Crucem, sine fine defixis in cælum oculis Lusitanorum eripuit. Neque Albuquercius prætermisit, quominus rem sicuti acciderat, testatò conscriptam, ad Emmanuelem Regem primo quoque tempore mitteret. Per eodem dies, vel ex intemperie cæli, vel ex insalubrium ciborum succo atrox morbus naualem turbam inuasit. vulgò inter lusum, aut quotidiana ministeria repente expirabant. In ijs, miles vnus in mare proiectus, ingentem terrorem omnibus attulit. noctu quippe, infra sentinam pulsus frequentes exaudiri cœpti. quem ad strepitum cum arrepta scapha vigiles deicendissent; implexum carinæ sub ipso gubernaculo defuncti militis corpus

offendunt. scilicet pilus cunctis inhorruit. in
 pauore collegere sese, res ad nauarchū delatae
 dubium fuit, quin cadauer translatum in litu-
 mo contegerent. quo facta, postridie super ip-
 sepulcrum rursus inhumatus apparuit. Eare-
 niti cuncti cum apud se causam exquirent.
 ciscus denique, incertum ex qua familia, ma-
 chus, qui cōcionatoris munere fungebatur, leg-
 coniectura suspicatus est, hominem aliquo
 dicti, vel anathematis vinculo constrictum, ex-
 excessisse. itaque in terram egressus, sanctissi-
 ri Benedicti Abbatis exemplo, è Pontificia fora-
 la conceptis verbis, animum demortui rite ex-
 nit: ei que veniam à Deo precatus est. Mirum
 ab eo mysterio reddita mortuo pax; & vag-
 tandem in suo tumulo quieuerit. Inde, trans-
 iam hyeme, Albuquerqueius retrò ad insulam
 hum reuertit. in ipsis faucibus sita est: locum
 struendæ arci commodissimus visus: sed quod
 iore apparatu indigeret, differri opus placuit.
 celsa tantum Crucis trophæa ibi defixa, quæ
 tuor passuum millibus conspici possent: & in
 dem sacrosancta Cruce nouum insulæ nomen
 positum. Ex eo loco profecta classis, cum iam
 pus reuersionis instaret, aduersa tempestate
 in Adeni portum infertur. ibi dies aliquot
 iaculatione cōsumpti: & quæ prima sese dedidit
 casio, in Orientem Albuquerqueius iter intendit.
 Adeno Diu accessit primùm. ibi ab Iazio patri-
 norifice acceptus, commercij procuratorem
 sensu reliquit. Ab Dio Ciaulum ventum est: &
 actum à Nizamaluco tributum. Ac nulla ad-
 dum memorabili re gesta, Mahometanis tantum
 sex nauibus apprimè opulentis, ex itinere cap-
 Albuquerqueius

Albuquerqueius ad Coam denique saluis rebus applicuit. Eodem tempore Zamorinus, post factam cum Lusitano pacem, emoritur. Regnum excepit fororis filius Naubeadarinus, qui suo pte ingenio nostris enixè fauerat semper; auctorque auunculo fuerat Lusitanos omni officio demerendi. ita que ipso statim initio imperij, non modò pacem firmavit; sed etiam stipendiarium se fieri voluit Lusitani Regis, certo vestigali sponte instituto, quod in singulos annos Emmanueli persolueret. ac simul, arci ad Calecutum exstruendæ magna eiusdem voluntate admoti cum machinis fabri. & opus, adhibita diligentia breui surrexit: impositoque præsidio commercium cum Lusitanis freme Saraceno renouatum est. Aegrè id passi veteres quoque socij, Cocinensis, & Cananorius; veriti ne per eam societatem negotiatio Calecutum vniuersa transfret. quos tamen Albuquerqueius adiit, & multis rationibus lenitum vtrumque, operam dedit vt ab studio rerum nouarum auerteret. Hoc tam felici statu rerum Orientis, Emmanuel decretis Lusitania tota supplicationibus, gratias Diuinæ Bonitati agendas diligenter curabat. ac per id ipsum fere tempus Iulio II. Pont. Max. vita functo, Leo X. magna omnium approbatione successit. huic Pötificatum ineunti, Emmanuel per legatos non obsequiū modò, more maiorū ritè deferendum, sed etiam Indicas opes religionis causa libandas existimauit. Princeps legationis fuit Tristanus Acunia, qui, vt supra demonstratum est, res præclaras in India gesserat. Munera fuere, complures ingentis pretij gemmæ, & Pontificalia vestimenta cum aræ bene magno frontali, cuncta in varias Christi & Sanctorum effigies ex auro primo,

& vnionibus, atque lapillis admirabili splendore
 contexta: quorum, qui in eiusmodi rebus inter-
 gunt, simile nihil in Vaticano sacrario visum
 mant. Accessit è Perside animal, priscis Romano-
 rum ludis ac venationibus mirabiliter exper-
 panthera tremenda pernicitatis, magnifice in
 ti equi clunibus insidens, ad equitis nutum in
 uestres feras inuolare iam pridem assueta. Con-
 ciebatur etiam, cum Indo rectorè, militibus
 turritus elephas, aureo strato, cum alia egregia
 ctus, tum verò ad certa symbola principem
 poplite venerari, & inconditos edere ad tribu-
 motus; & haustam proboscide ingentem aqua
 vim, repentè in spectatores effundere. Neque
 multo post, rhinoceros quoque, non visum in
 lia multis iam seculis animal, Romam deueh-
 tur; vt cum elephanto commissus (quicum imp-
 cabiles gerit inimicitias) veteris magnifice
 spectaculum populo Romano repræsenteret.
 qui ab vltimis terrarum terminis in Europam
 columis venerat; ad Ligusticæ demum oræ scop-
 los factò naufragio, cum impeditus catenis er-
 nequisset, exoptata plebem yrbanam oblectare
 priuauit. Ea munera cum ipsa per se, tum vero pro-
 pter illustrem eximie cuiusdam pietatis, & oble-
 quantie significationem summo Pontifici, & p-
 bus mirè grata accidere. Inter hæc, annus iam se-
 cumegerat: cumq; in omnium ore ac sermone
 sitanica religio, & egregia belli facinora ver-
 tur; Abassini quoque legati ex India in Lusitaniam
 deuehuntur. ij, quod contra Albuquerquej præ-
 ptum male accepti à nauarchis in itinere fuerat
 nauarchos illicò Emmanuel in vincla coniectus
 nec nisi Matthæi precibus fatigatus absolutus. ipse

verò legatis, magni honores ab Rege habiti. aduenientibus primùm frequenter obuiam itum est; ædesque magnificæ ad diuersandum attributæ. dein Petro Vafæo Igæditano episcopo, & Martino Villanouano Comiti negotium datum, vt eos quàm honestissimo comitatu in regiam vsque deducerent. intromissis, Emmanuel è folio comiter in amplexum occurrit. post salutationem, à legatis extractæ ex arûdine aurea litteræ, & dona prolata. Ea dona fuere primùm aurea quinque numismata Abassinis inscripta notis, quæ octonos fermè scutatos penderent singula. dein pyxis auro solida, fidelibus claustris adseruans Crucis adorandæ fragmentum, de quo supra docuimus, Abassinis Regibus è Hierosolyma ipsa trãsmissum. Eam verò pyxidē Emmanuel nixus genibus, & præ gaudio lacrymabundus accepit, immortales Deo gratias agēs, quod è tam remotis ab Europa regionibus, ab Rege tã inclyto, per legatos compellari se, bearique insuper tam salutaris ac pretioso munere voluisset. Post hæc, Helenæ, ac Dauidis recitatę per idoneos interpretes litterę, tum Arabico, tum Persico sermone conscriptę. quarum erat summa: si vrgerè bello maritimo Saracenos, & ceteros nominis Christiani hostes Emmanuel pergeret, terrestres Abassinorum copias, quandoquidem re nautali parum admodũ valerent, & cõmeatus quantum classis non defuturos: ac Lusitanum hortabatur, gloriosis adeo captis fidenter insisteret: postremò, si ad hospitij vinculum, affinitatis quoque iura vellet adiũgere; filiorum nuptias ac filiarum cum regijs dotibus offerebant. Ad ea, pari benigne ab Emmanuele responsum est: ac multa dein de ex legatis de Abassinorum ingenio, institutis,

acri-

ac ritibus quaesita per otium, quæ à pluribus
 stea fusè ac disertè perscripta, inculcari à nobis
 hoc loco necesse non est. Dum in Europa Emma-
 nuel Rex legatis mittendis accipiendis que dno
 peram; interim in vltiore India ab Lusitanis
 Malacense modò stabilitum imperium; sed loco
 quoque Regibus latum opportunè subsidium
 Rhotericus Paralinius (vti supra docuimus) præ-
 stus erat Malacæ. in eius locum è Cocino cum
 uibus aliquot missus Georgius Albuquerqueus,
 ad Somatram deuenisset; domestico implicato
 bello Regem Pacenum offendit. Factiosus quidem
 è popularibus coacta manu erat in armis: atque
 quò maiorem ciebat tumultù; eò latior fuit
 nostrorù aduentus; ei que dubijs in rebus non
 anem fiduciam præbuit, siquidem post minutam
 quot prælia cum ad summam vniuersi certam
 nis ventum esset; Georgius cum suis primam
 depoposcit aciem. Neq; commissa pugna sub
 opus fuit, studio laudis incensi Lusitani tanto
 dore se se in hostem intulère, vt primo impetu
 fos loco rebelles, magna cæde, maiore cum trep-
 datione in fugã auerterint. Quo factò, Georgius
 & amicam Regem præsentis periculo ereptum,
 stius Emmanueli deuinxit; & ipse nouo decore
 ti Lusitanæ parte, victor Malacam processit. in
 vrbe, Prætorio munere aduersa fama fungetur
 is de quo demonstratum est, Ninachetus indigen-
 multris magnisque in Lusitanos officijs eum gra-
 dum ab Albuquerque Imperatore promeritus
 undem fortè honorem, acceptus nuper in fide
 Abdala quoque dynasta Camparis adamarat: præ-
 clarum sibi ad celebritatem nominis ratus, in Ma-
 lacensi emporio tot tamque varijs nationibus è la-
 perio-

periore loco ius dicere. huic Albuquerqueius gratificare cum admodum cuperet; eam tamen distulerat rem, verecundia prohibitus coram super tali negotio Ninachetum alloqui; tamque veteri amico (quamquam alioquin improbo viro, perque veneficia ac scelera Praturam exercenti) repete magistratum abrogare. Sed quod presens non erat ausus, absens postmodum non omisit. Proficiscenti Malacam Georgio, in ceteris madatis illud etiam dedit, Pratori Ninacheto Abdalam sine mora sufficeret; perductumque Malacam, in eo tribunali quam honestissime collocaret. Ille, quam difficili ac periculoso loco Camparana res esset, ignarus, Georgium Botellium cum nauibus non amplius tribus, inscio Ninacheto, ad Abdalam aduehendum proficisci iubet. Ceterum Linguae Rex, qui Regis Bintani filiam habebat in matrimonio, tum maxime terra marique circumsessum Abdalam premebat, id ubi Lusitanis nauarchis in itinere cognitum est, confestim a Malaca subsidium per litteras & nuntios euocant. Missi a praefecto Lusitani bellatores egregij centum, Malacenses ferme septingenti. Cum ijs copijs Botellius initio, Caparani aestuarij fauces audacter inuectus; mox retrorsum flexit iter, propterea quod aestuarium ad instar fluminis longum & angustum, depresso alueo, marginatis vtrinque ripis, non sine causa metum affererat, ne praeteruntes nostros barbari ex tuto supernè iaculis ac telis obruerent. igitur eo periculo animaduerso, portus aditus custodire, & mare comitatibus infestum reddere statuit; ut hostem vel extra munitiones eliceret ad pugnam, vel victoria praene iam parata inuitum ex obsidione detraheret. Neque inanis fuit coniectura. Linguanus, cognito nostrorum confi-

consilio, quod multitudine militum abundans in apertum prouehi, ac sese ad prælium offerre creuit. ergo relictis ad opera stationibus, cum sex armatorum millibus; actuarijs octoginta, quas vocant Lanciaras, in Lusitanos mouit a secundo. Classem præibat ipse cum naui maioris, crassioribus munita pluteis, & machinis variorum generis; ac, præter naualem turbam, propugnatoribus ferme ducentis. in eam conspectâ Botellius hortatus ad pugnam suos, ex templo vim iaculorum tormentis emisit, ad eò peritè libratis, vt remigum ad transtra complures vno ictu discerperint. quæ metu perterriti, qui in eo latere curabant nauis partim in mare sese præcipitant, partim infra latus mos occulto loco se condunt. ita, ministerio delicta nauis, in obliquum intorta vorticibus, ad tenaciter ad vtramque fluminis ripam inhæsit, neque ipsa moueri posset loco, & pone sequentibus reliquis transitum intercluderet. Tum, ex propinquo initum certamen; & Botellius cum Lusitanorum regiam nauem egregio conatu transcendit. Aequo viribus aliquandiu dimicatum est, dum Regem Botellites obnixè tuentur. Sed vbi ceteri Lusitanorum solo tormentorum strepitu excitati superuenere, tandem perculsi nouo terrore barbari; & Rex metu ne opprimeretur, è nauis desiliit; perque nauis & lutulenta cum paucis diu errabundus denique in tutum euasit. at Lusitani regia nauem expugnatam, in ceteras gradum illicò faciunt. eam cum obsecratò, vt diximus, exitu clausæ tenerentur, & in angustijs confertæ atque implexæ remis, atque armamentis, neque explicare se possent, & contra vim æstus reciprocantis frustra niterentur; naualis turba, tentato vix prælio, sequuta Regis exemplum

emplum, qua cuique licuit, se in terram eiecit. ita, multis primo impetu cæsis, vacua pæne classe, Lusitanus potitur. Et Abdala, præter spem obsidione exemptus, Malacam ouantibus Lusitanis ingenti pompa defertur. Ibi iussus Ninachetus magistratu se abdicare; non tulit ignominiam, veri honoris, & solidæ virtutis ignarus. confestim ex aloë, & sandalis odoratis extracto rogo, quadratum iuxta suggestum nobilibus aulæis & alia pretiosa veste constrauit. ex eo suggesto, aurea ipse toga gemmisque præfulgens, ad circumfusam concionem de rebus ab se gestis, totoque vitæ suæ cursu differuit: expositisque beneficijs, quæ in captiuos primùm Lusitanos, tum in Albuquercium ipsum difficillimo tempore contulisset, nullo suo delicto spoliari se dignitate, dolenter admodum, & acerbè conquerebatur. Tum Lusitana ingenia detestatus (ad eò finestas humano pectori subdit faces ambitio) è pulpito se se in ardentem pyram furibundus iniecit: mortemque paulo post sponte affuturam, deuexa iam ætate vir antecapere, quàm vel ad exiguum tempus, minus inter suos honoratus conspici maluit. Verùm, ne Abdalæ quidem diuturna felicitas fuit. Iniquorum criminationibus in suspicionem vocatus, quasi de vrbe Alodino proden da clam ageret, per speciem consultandi, in arcem, Georgij præfecti iussu deducitur. ibi, nihil minus metuenti, diuinamque & humanam imploranti fidè, catenæ subito iniectæ, ac ne ex ipsis quidem vinculis facta dicendæ causæ potestate, paulo in toro palam iugulatus est: quæ res propter speciatam viri æquitatem, & amabiles mores, magnam apud eas nationes Lusitanico nomini conflauit

flavit inuidiam. Inde minus iam multi Malabar
institores adire: nec regia modò vectigalia in de
minui; sed etiã ciuitas annonæ caritate primu
tum etiã inopia laborare. Ob id à præfecto ad
conciliandas circa nationes missus Botellius, na
tæ probitatis ac prudentiæ vir, ciuitates ac reg
los adeundo, virtute ac lenitate paucis diebus
lacam intermissa commercia reuocauit. In ea
tione cùm ad Siacanam dynastam Alodini ve
galem venisset, vltimum pæne salutis pericu
adijt. Siquidem Alodinus pacis immemor
Maxelizij cædem factæ, Siacano cùm alia, tum
nuptias offerebat; modò Botellium sibi viu
mortuũ traderet, processissetq; haud dubie
ni Botellius, incolæ monitu, quem captum
tate donarat, maturè insidias præcauisset. Ea
ctatione delusus Alodinus, lanciaras ferme
triginta ad eum insequendum protinus misit
in Lusitanicos lembos nouem cùm incidit
quibus Franciscus Mellus præerat, atrox diu
lium, & incerta victoria fuit, dum hostes mu
dine maximè freti nostros circumuenire nit
tur. Sed ad extremum, acrius instante, atque
mnes occurrente impetus Lusitano impares
bus ac dimicandi peritia barbari, magno suorum
amisso numero, terga vertère. Neque nostrorum
cruenta victoria fuit: è socijs multi, è Lusitanis
ginta quinque desiderati. Huius pugne fama
quilliores in vltiore India fecit res: & Botellius
annona leuata, rebusq; ex animi sententia com
ctis, auro pretiosisq; alijs onustus mercibus,
lacam reuertit. Neque segnius interim ad Gona
Lusitana res ab Albuquerque Pratore administra
batur. Intentus omni cura constituendo & propo
gan-

gando Emmanuelis imperio, nullā eius rei occasionem elabi sinebat è manibus. Ante omnia, captus opportunitate Diensis emporij, legatos ad Mamudiū Cambaix Regem cum dōnis misit, vt munitum de more diuersorium Lusitanis, negotiandi causa, in eadem insula certis legibus exstruere sibi liceret. Neque abhorrebat à conditionibus Rex, commercij spe illectus aded fructuosi. Cæterum Iazij, qui nihil minus, quàm Lusitanos accolas cuperet, opibus artibusque discussa tota res est. Cum Idalcane præterea, & Narsingano Rege confirmata per mutuos nuntios amicitia, actumq; de cōmunibus commodis. Verùm nihil tenacius in Albuquerqueij mente, quā Armuzianæ rei cura insidebat. cuius tū regni status erat eiusmodi. Post Albuquerqueij discessum, & arcem scelere nauarchorū amissā, ingens rerum perturbatio erat Armuziæ consecuta. Primùm, Atar eunuchus grādi iam ætate, decesserat. Dein, Zeifadinum susceptis iam liberis regni potentem, Nordinus vrbis præfectus per Abafina mancipia veneno sustulerat: inq; eius locum, præteritis filijs, suffecerat Zeifadini fratrem, nomine Torum. hunc, multis ante officijs, ac tum recenti beneficio sibi deuinctum, quò insuper magis haberet in potestate, fidis priuatim sibi ministris, ac satellitibus cinxerat. Et ijs, tres germani fratres, Mudofar, Hales, Hamedes, quod Nordinum arcto affinitatis gradu contingerent, præcipuum dignitatis, & gratiæ locum obrinebant: sed ante omnes longè eminebat is, quem è fratribus tertium potui, Hamedes: vir & manu promptus, & libidine dominandi, & solertia in rebus gerendis, Atari eunucho persimilis. Is callidè conciliando sibi militum animos, & ob-

Q

noxios

noxios sibi sensim in urbem introducenda
 grauiissima quæque in se vnum trahendo
 paulatim eò potentia viriumque peruenire
 gnium vt omne suo arbitratu ageret veritate
 Quocirca & Nordinus iacere, & præ illo par
 uilis ac modestus videri; & gemebundus
 nusquam eodem inuito commouere sese, nec
 maioris momenti quippiam aggredi. Lam
 rò, quod ad Emmanuelem Regem pertinebat
 sitanis quidem ducibus illac iter habentibus
 tebat hospitium; & Emmanueli annum
 dium ex Albuquerqueij formula pendebatur
 runtamen ea erat conditio rerum, vt Hamedes
 nullo frænatus præsidio, vbi vellet, ab Emmanuele
 Regem regnumque posset abducere: & Emmanuel
 el, per fraudem arce deiectus, precariam quod
 modo eius insulae ditionem habere videtur
 Hisce rebus probè compertis, Albuquerqueius
 rum teterrimo seruitio domesticorum
 re, & in fide ac patrocínio Emmanuelis
 stabilire decreuit. Ea res quod in primis
 silencio, ne se Hamedes ad obistendum
 ret; per speciem Adeni repetendi, magnis
 bus duabus & viginti, & minorum nauigiorum
 ingenti numero comparato, circa initium
 quentis anni Goa profectus; in medio itinere
 sum ab Arabia repente in Persicum sinum
 Armuziam vt est ventum, nauigijs confestim
 cundat insulam, ne quid aliunde subsidij, vel
 meatus eò subuehi posset. dein missis vtroque
 que nuntijs, de nouis amicitia legibus agi
 tum. Summa postulatorum Albuquerqueij erat
 ter stipendium Emmanueli bona fide soluendum
 vt arx, ac diuerforium Lusitanis ad urbem daretur

negotiandi causa. Neque Torus abnuebat; cessit
quin etiam arce protinus: ceterum, quò minus re-
liqua explicarentur, maximè obstabat Hamedes,
continuandę scilicet dominationis auidus; & si al-
teri cedendum foret, in Ismaelem Persam, quàm
in Lusitanum Regem longè propensior. Ea incen-
sum cupiditate, cum ad saniora consilia reuocan-
di nulla esset spes; molientem insuper insidias, Al-
buquercius immixtis per occasionem percussori-
bus, anteuertit è medio tollere. Hamede interemp-
to, cętera expedita fuere, ac facillè deinde omnibus
de rebus cõmuni consensu transactum est: & in ar-
cē absolundã cum Albuquerqueius diligenter incu-
buit, cum ipse quoq; Torus materiã, & alia neces-
saria largè subministravit. Dein tormenta omnia,
quę ad rebellandũ animos facere possent, Armuzi-
anis adempta. & Lusitani regni stemmata, & vex-
illa in turribus cum ingenti clamore & plausu pu-
blice posita. Viri fermè triginta è stirpe regia, ob
regni æmulationem, à tyrannis candenti ferro oc-
cæcati, regio sumptu in vrbe alebantur. Hos
quoque, Albuquerqueius, ne quid eorum causa tu-
multus existeret; Goam amandauit, dato Quęsto-
ribus, & præfectis negotio, vt cuncta eis ad vi-
ctum, cultumque liberaliter Emmanuelis impen-
sa præberentur. Inter hæc, Ismael, non modò sibi
de Armuziano stipendio bellum cum Emmanue-
le suscipiendum non existimauit; sed etiam admi-
ratione captus rerum, quas à Lusitanis per exigua
manu geltas, consentiens fama toto pæne terrarũ
orbe vulgauerat, legatum iungendi fœderis ac
societatis, ad Albuquerqueium destinauit. is verò
in gratiam tanti Regis ingenti apparatu ab Al-
buquercio exceptus. Misi ad eum deducendum,

Q 2

è Lusi-

è Lusitana iuuentute præcipui. Pompe ratio fuit eiusmodi. Præibant in equis, cum tunicis pantheris, Persæ rectores duo: tum equitaphraçti sex nullo seffore sequebantur: dein equites, in argenteis ferculis regalia dona, vestem magnificam varij generis, itemque nativas & facitias primæ notæ gemmas, cum tiliarum accipitorum hilari pulsu gestabant. Postremo Lusitanus ipse cum suo comitatu, Lusitanisque præcedebat. is in ornatissimum solium, adstante principum corona, ab Albuquerque perhonorifice susceptus; cum muneribus litteras ad Emmanuelem & ad Albuquerqueium reddidit: expositisque litteris datis, omni genere comitatus honorisque circumdatus est. Ac demum redeunti, vicissim legationem ad Ismaelem adiunctus Fernandus Leminus missa pariter dona: affabrefactæ lorice duræ galea inaurata, ac thorace quàm optimo gemmarum millæ aureæ quattuor: & nobiles pyropi & smaragdini plures: itemque alia pretiosa ex auro gemmarumque monilia: necnon è singulis Indiarum matum generibus aliquantum. Accessere, præcipuumque Ismaeli munus, aliquot varice magnitudinis ænea tormenta cum Lusitanis ballistis, & æreque Cyprio, & stanno, ac postea magistrumque eius fabricæ cum peritis libratoribus misit, ut quoniam ab Turcæ nouæ illius terrore procul læ nuper acie victus fuisset; ea quoque virum parte communi hosti esset par. Dimissa legatione & rebus ad Armuziam ordinatis, Albuquerque Torum hortatus est, ut Emmanuelis amicitiam cum fide coleret; certissimumque in eius maiestate præsidium suis fortunis repositum exaltemaret. Inde Goam classe renauigans, cum iam

sexagesimum tertium annum ætatis ageret, fluente sensim aluo consumptus, ægrè ad Goani portus fauces animam traxit. ibi, cum sese è lectulo mouere non posset; in ipsa naui per confessionem elutis animi sordibus, & sacro ad supremam luctam oleo inunctus; Christum, cuius Cruci affixi in sinu fouebat effigiem, suauiter alloquens, inter carorum manus & lacrymas expirauit, prorsus inuicti ad laborem ac patientiam æquè corporis animique vir: & cum quolibet suæ ætatis ducum, vel naualis rei scientia, vel expediti consilij magnitudine comparandus. Facinora duo apprimè gloriosa vasto dudum agitabat animo. alterum, vt Nili fluenta, nouo & spatij lōgè breuioris alueo, Abassinis adiuuātibus, in Arabicum sinū auerteret, ac totam Aegyptū Turcis redderet prorsus infructuosam. alterum, vt ab Armuzia vēctos hippaginibus equites velocissimos ad trecentos, in intimum repente littus eiusdem Arabici sinus exponeret: qui, ante quàm è vicinis regionibus concursus fieri posset; Mecam non amplius septendecim leucarum interuallo aduolarent; & ex inclyto apud eas gentes fano, abominanda Mahometis ossa raptim auerterent: scilicet in perpetuam teterimi impostoris & hæresiarchæ ignominiam Christiano ritu publicè concremanda. Talia meditant, iniquorum obtrestatio primùm, dein mors interuenit, vt seni matura, sic rei Christianæ atque omnibus bonis acerba. Elatus est quàm amplissimo funere, & comploratione tanta; vt sacerdotum Christiano ritu psallentium voces nequaquam exaudirentur. Conditus est in ædicula MARIÆ Virginis, quam Goa capta, vt supra dictum est, ipse construxerat: ac deinde Alphon-

sus filius (qui Olisipone hæc ibidem scribitur)
 bus nobis octogenarius agebat animam) sum-
 pensis auxit, ornauitque. Ora Indicæ imperia
 quæque illo imperio continentur, Albuquerque
 decedens pacata Emmanueli reliquit; & bel-
 cam rem (vt ijs locis ac moribus) egregie
 stitutam. Paulo ante ipsius obitum, Lusitania
 nauibus decem Cocinum appulerat Lupus
 rius prætor ab Emmanuele designatus, is cum
 iisset magistratum; anno qui Albuquerque
 rem est insequutus, renouata cum finitimis
 gibus amicitia, Fernandum Petreium An-
 dium cum nauibus octo misit in Sinas, ad
 tuendum cum ea natione commercium, &
 giones è proximo cognoscendas. Vnâ pro-
 etiam Thomas Petreius, Emmanuelis nomine
 cum donis ac litteris legatus ad Regem Sinarum
 quorum nobis mentio quando nec temel fac-
 iam; & sæpius, vt viderur, in posterum in-
 aliqua hoc loco de gentis natura, mori-
 bus, opibusque posuisse, non in-
 commodum fuerit.

